vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, motio-
nibus, appellationibus earumque prosequentibus, ad quietem
dillorum non petent, poena trium marcarum et triplici poena ac aliis
omnibus gentis dillentibus iurisque remediis semotis et in parte
reiectis satisfacere cum suis posteris tenentur quoniam opus fuerit
tenebitur. Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

1138 **Fredro quietat Orzechowskij**

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castren.
praemislien. Generosus Andreas Fredro de Plieszowicze et
in Chodnowicze haeres, mente et corpore sanus existens, a iure
foro suis propriis quibusuis recedens, praesenti vero castren.
praemislien. iurisdictioni se et successores suos cum bonis suis om-
nibus incorporant et subiicient, publice perexpressumque suo et
Generosarum Annae consortis Generosi Valentini Nehrowski et
Hedwigis virginis sororum suarum germanarum pro illarum
ratihabitione cavent ac se et suos successores de universis bonis
sub vadio infrato obligant, recognoscit. Quia de nobilibus
Generosi Valentini Orzechowszki judicis terrae praemi-
slien. summam mille florenorum pecuniae ipsis Fredrum per
eundem Orzechowski actis praesentibus demum per transpor-
tationem actis terrestribus praemislien. inscriptis et assecuratis
recepit et manualiter levavit. Ratione cuius quidem receptionis
eundem judicem praefatus Fredro de summa praefata
mille florenorum pecuniae quietat et liberam facit, insuper quoque
praedictam ratione summae ipsius servien. cassat, mortificat et
annihilat perpetuo. Nihilominus praefatus Andreas Fredro
se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit
in manus eiusdem Valentini Orzechowski submittit, insdem
sorores suas pro primis terminis terrestribus seu pro prima
actorum earundem terrestrium praemislien. adducere et circa
acta eadem terrestria statuere. Quae statuta ipsa vero Anna
cum consensu praedicti mariti sui, praedicta vero Hedwigis
dum nuptui tradetur simul cum consensu mariti tenebuntur
eundem Orzechowski de summa praefata quantum pro in-
teresse illarum pertinet vel illarum posteri quietare et
inscriptionem cassare sub vadio similis summae mille florenorum
pecuniae per eundem Fredro vel eius posteros praedicto Va-
lentino Orzechowski vel eius successoribus quibus se etiam
ipse Fredro cum suis posteris obligat ad solvendum succum-
bent. Praeterea praefatus Andreas Fredro se et suos
successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit.
Praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemislien.
antedecursum unius anni in hac vel meliori forma victo-
rum transportare sub simili vadio mille florenorum pecuniae.
Pro quo quidem vadio seu vadiis praefatus recognoscens
cum suis posteris, per eundem Orzechowski vel illius successores
ad officium praesens castren. praemislien. citatus
extra foro suo quovis proprio omisso, coram eodem officio
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere

respondere ac pro praefato vadio seu vadiis omnibus exceptio-
nibus controversiis praescriptionibus, suspensionibus, legalibus
quibusuis impedimentis, vera vel simplici infirmitatibus, actione
pro maiori, motionibus appellationibus earumque prosequentibus, pae-
na trium marcarum et triplici poena, ac aliis omnibus gentis dila-
tionibus iurisque remediis semotis et in partem reiectis satisfacere
cum suis posteris tenentur quoniam opus fuerit tenebitur. Nulla
praescriptione terrestri in praemissis obstante.

1139 **Kormaniczki ttr Lapolskij**

Comparens personaliter coram officio et actis praesenti castren.
praemislien. Generosus Joannes Kormaniczki oppidi Bibli-
cze haeres mente et corpore sanus existens, a iure foro suis propri-
is quibusuis recedens, praesenti vero castren. praemislien. iu-
risdictioni se successores, ac bona sua omnia quoad actum effectumque
totius inscriptionis praesentis attinet incorporant et subiicient pu-
blice perexpressumque recipit. Quia Generoso Dobrogostio
Lapolski Notario castren. praemislien. et eius successoribus
summam trecentorum et viginti florenorum pecuniae monetae et
numeri polonicalis certi veri et liquidi debiti sine mutu-
atae pecuniae tenetur, praesentem se et suos successores obligat
et inscribit pro feria quarta nunc proxime et immediate
ventura solvere realiterque circa acta praesentia castren.
praemislien. reponere et relinquere, sub vadio similis summae
trecentorum et viginti florenorum pecuniae monetae polonicalis
in effectu solutionis summae eiusdem principalis pro tem-
pore suprascripto solutioni assignat, per eundem Joannem
Kormaniczki vel eius posteros praedicto Dobrogostio La-
polski vel eius successoribus ad solvendum succumbentem in unaque
summam capitalem et essentiale debitum sexingentorum
et quadraginta florenorum pecuniae convertentem. Extendetur quoque
summa praefata simul iuncta sexingentorum et quadra-
ginta florenorum pecuniae, in et super omnibus haereditariis
et obligatoriis mobilibus et immobilibus bonis ipsius Kor-
maniczki vel eius successorum per ipsum in quibuscunque ter-
ris et dictionibus regni poloniae nunc et in post habitis
Nihilominus praefatus Joannes Kormaniczki se et suos
successores super omnibus bonis suis obligat praesentem in-
scriptionem ex his actis ad acta terrestria praemislien. ante
decursum unius anni transferre transportare sub vadio
summae principalis trecentorum viginti florenorum pecuniae
pro quaquidem summa simul iuncta seu vadio sive
ipse Joannes Kormaniczki praedicto Dobrogostio Lapol-
ski vel eius successoribus ad judicium seu officium praesens
castren. capitaneale praemislien. citare permiserit
vel eius posteri permiserint. extra a iure foro suis
propriis quibusuis recedens coram eodem judicio seu of-
ficio cui se ad quod sit citabitur actus praesentis
respectu eius successoribus bonisque suis omnibus subiicit
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare
parere respondere ac pro praefata summa simul